

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Titi Livi Ab urbe condita libri

Buch XXVIII - XXX

**Livius, Titus**

**Berlin, 1899**

Buch XXX - Perioche

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-2740](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-2740)

## T. LIVI

### AB VRBE CONDITA LIBRI XXX PERIOCHA.

Scipio in Africa Carthaginenses et eundem Syphacem, Numidia regem, Hasdrubalemque pluribus proeliis vicit adiuvante Masinissa; bina hostium castra expugnavit, in quibus quadraginta milia hominum ferro ignique consumpta sunt. Syphacem per C. Laelium et Masinissam cepit. Masinissa Sophonibam, uxorem Syphacis, filiam Hasdrubalis, captam statim adamavit et nuptiis factis uxorem habuit. castigatus a Scipione venenum ei misit, quo illa hausto decessit. effectumque multis Scipionis victoriis, ut Carthaginenses in desperationem acti in auxilium publicae salutis Hannibalem revocarent. isque anno sexto decimo Italia decedens in Africam traiecit temptavitque per colloquium pacem cum Scipione componere, et cum de condicionibus pacis non convenisset, acie victus est. pax Carthaginensibus petentibus data est. Hannibal Gisgonem pacem dissuadentem manu sua detraxit; excusata deinde temeritate facti ipse pacem suasit. Masinissae regnum restitutum est. reversus in urbem Scipio amplissimum nobilissimumque egit triumphum, quem Q. Terentius Culleo senator pilleatus secutus est. Scipio Africanus — incertum militari prius favore, an populari aura ita cognominatus sit — primus certe hic imperator nomine victae a se gentis nobilitatus est. Mago bello, quo in agro Insubrum cum Romanis conflixerat, vulneratus, dum in Africam per legatos revocatus revertitur, ex vulnere mortuus est.

Abweichungen vom Text der Jahnschen Ausgabe (Lipsiae MDCCCLIII).

<p>4. Sophonibam] <sup>si</sup>sofonibam N sofonibam P; vgl. zu Liv. 30, 12, 11 Anhang. — 9. isque] 5; idque NP, itaque Jahn. — 18. nomine victae a se] Liv. 30, 45, 7; victae</p>	<p>nomine a se NP. — 18. bello quo] bello qui NP qui bello 5, [bello] qui Mg. — 19. Insubrum] nach NP. — 19. dum . . revertitur] nach NP; cum . . reverteretur Jahn.</p>
--	--